Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

129r

admittit. Testatur hoc idem nicolaus pp dicens. Ante tempus consensus
Ubi aut non est consensus utriusque non est coniugium. Tendi. coniugium esse ibi non potest
Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis. et econuerso nichil faciunt. nisi uterque
puerorum postquam uenit ad tempus discretionis consentiat. etiam si pater et mater hoc
fecerint et uoluerint. Q̄ Quod autem spirituales uel adoptiui filii naturalibus copu- .III.Q.
lari non possunt. nicolaus pp respondens ad consulta bulgarorum testatur
ita dicens. Qui de sacro fonte suscipitur filius est eius a quo suscipitur.
Ita diligere debet homo eum qui se suscepit de sacro fonte. sicut patrem. ITEM. ·J· p. ult. d. iii. Jos.
Est inter fratres et filios spirituales gratuita et sancta comunio quae dicenda non est consan-
guinitas. sed habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos arbitror non posse fi-
eri quodlibet legale coniugium. quando quidem nec inter eos qui natura et eos qui ad-
optione filii sunt. uenerande romane leges matrimonia contrahi permittunt.
Item. Si inter eos non contrahitur matrimonium quos adoptio iungit. quanto po-
tius a carnali oportet inter se contubernio cessare. quos per celeste sacramen-
tum regeneratio sancti spiritus uincit. Longe igitur congruentius filius patris mei uel
frater meus appellatur is quem diuina gratia potius quam humana uoluntas
ut potius eius filius uel frater meus esset elegit. prudentiusque ab aliena corporis com-
mixtione secernimus. Item Zacharias epc seruus seruorum dei reuerentissi-
mo et sanctissimo theodoro epo ecclesie ticinensis. Filia spiritualis carnali filio nubere non potest.
Peruenit ad nos quod nobis tua ueneranda fraternitas optulit per quod nos sciscitari uolu-
isti. si liceat filio cuius pater alterius filiam ex sacro baptismate suscepit. sus-
ceptam idem spiritualem eius patris filiam quod dici crudele est in matrimonio
suscipere. Quod apud te enormiter asseruisti contigisse. Sed bene tua sancta frater-
nitas compertum habet. quod dominus moysi precepit dicens. Turpitudinem
patris tui uel matris tue uel sororis non reuelabis. turpitudo enim tua est. Si ergo
igitur a propria consanguinitate iubemur abstinere. multo magis a spirituali
patris nostri filia omni excusatione aut argumento deposito sub nimia
districtione nos cauere conuenit. ne in iram diuine examinationis in-
cidat. si quis tali facinore mixtus minime restrinxerit frena luxu-
rie. Unde et omnis cauendi sunt a tali sceleris commixtione. ne in perpetuum
pereant. sed hunc qui huius perniciose temeritatis anime sue salutem despici-
ens. impio se miscuit matrimonio. proinde tua fraternitas studeat se